

nam iussit currere Nivivem, nolentemque transmissit in vinculis. Haec omnia Amianus pulchre quidem, et erudite, quibus aperte vitam mistam, ex contemplatione, atque actione compositam, quae ob animarum utilitatem suscipitur, vilae pure contemplativae praepoñit.

Ad extremum illud adicere non parcam, ad excitandum lectorem ad hoc genus vitae mistae capessendum, quod haec vita facilior sit, illa difficilior, ut ex principiis Aristotelis deduco: ille enim in problematibus particata sexta, problemate decimo inquirat, quare magis homo laborat, ambulando viam planam, quam non planam; sed partim montuosam, et partim planam? et respondet rationem esse, quod ambulando viam planam, continuo incedit uniformiter, et uniformiter defatigantur membra, et instrumenta, quibus motus exercetur, nimirum, genua, crura, tybiae, quia in his servatur continue unus motus, et una figura illa movendi. Motu vero non plano, ubi aliquando ascenditur, aliquando descenditur, non eadem figura motus observatur, et sic membra aliqua plus, aliqua minus vexantur. Ascendendo enim plus laborat tybiae, et genua, descendendo vero plus femora; et ob hanc laboris alternationem minor resultat fatigatio. Non dissimiliter fragilitas humana nullo modo sustinet, ut mens hominis uniformiter exerceatur in contemplantando, et ascendendo ad coelestia, quia corpus ultra modum defatigatur. In cuius figura legitimus, nervum femoris Iacob in luctu cum angelo emarcescisse. Nec item expedit, quod homo semper descendat ad terrestria per opera vitae activae, quia his temporalibus proximis dispensandis semper vacans, anima desiccaretur, quae alioquin per coelestium contemplationem impingitur. Ad perfectam ergo vitae rationem instituendam, oportet haec ad exemplum Christi Domini alternare, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXVI.

In illa verba: Mulier quaedam Martha nomine excepit illum in domum suam, de virtute hospitalitatis praecipue erga pauperes disseritur.

Cum paucissimos reperiam praesens argumentum pertractantes, eiusque utilitatem non modicam esse censeam; idcirco oblata praesenti occasione hospitii, quo Martha Christum domus suae excepit, uberius de illo disserere, Deo auspice, aggredior.

§ I.

EX SACRARUM SCRIPTURARUM, ET CODICILIORUM MONUMENTIS SUADETUR.

Permulta ex veteri testamento ad suadendam hospitalitatem potuissent proferre testimonia: illud tamen praecipue Isaiae, quod instar mille est, recitabo (Isai. 57): *Frangere esurienti panem tuum, et egenos, vagosque induc in domum tuam: nec non illud Iob (cap. 7), iuxta graecam translationem, seu ut alii volunt, graecam paraphrasim: Invenient enim iuxta portam, et cum salutassent eum pacifice, ille pacifice respondit, et suscepit eos cum gaudio. Ex novo vero testamento plura in medio producam. D. Paulus (ad Hebr. 13): *Necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes: et rursus (ad Rom. 12): Caritas fraternitatis maneat in vobis, et hospitalitatem nolite oblivisci: et apud b. Petrum (1. Petr. 4): Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia caritas operit multitudinem peccatorum. Hospites invicem sine murmuratione. Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutram illam ministrans, et sic bene dispensatores multiformis gratiae Dei. Huc refertur potest, quod ait Dominus (Matth. 10): *Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet. Etenim si quis furem, aut laesae maiestatis reum hospitio recipit, eandem incurrit poenam; rationi consentaneum est, ut qui bona operam in hospitio excipit, illius operum meritum suscipiat. Quod apud Lucam (c. 14) monet Christus: *Cum facis prandium, aut coenam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos divites, ne forte te et ipsi reinvitent, et fiat tibi retributio. Sed cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, et coecos, et beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Declarat hoc officium charitatis necessarium esse ad vitam aeternam: nam apud Matthaeum Christus Iudex iis, qui a dextris erant, dicit (c. 25): *Hospes eram, et collegistis: nudus eram, et cooperuistis me; qui vero a sinistris: Hospes eram, et non collegistis me. Et ibunt hi, subdit Evangelista, in supplicium aeternum: iusti autem in vitam aeternam. Christus Dominus (Lucae cap. 7) conquiretur de Simone, quod officium lavandi pedes peregrinis, et hospitibus solitum fieri, sibi non praestitisset: *Intravi in domum tuam, et aquam pedibus meis non dedisti. Moris erat tunc, quod et nunc etiam eadem consuetudo viget, peregrinis, et hospitibus pedes lavare. Unde Abraham trium angelorum, quos specie peregrinorum susceperat, pedes lavare voluit. Sic etiam Loth angelis illis. Sic etiam Paulus viduis praecipit, peregrinorum lavare pedes. Haec de causa debuit Pharisaeus lavare pedes Christi: nam peregrinus venerat, qui eo die civitatem Naim intraverat, quando ad portam filium viduae susceperat; et ingressus missos a Ioanne susceperat, et sermonem ea occasio-******

ne ad populum habuerat; tunc enim invitatus fuit a pharisaeo. Divus Paulus singillatim a sacerdotibus, et episcopis exigit virtutem hospitalitatis: *Oportet, inquit (1. Tim. 3), Episcopum irreprehensibilem esse, pudicum, hospitalem; et iterum (Tit. 1): Oportet Episcopum sine crimine esse: non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium. Atque etiam a viduis (1. Tim. 5): *Vidua, ait, eligatur in operibus bonis testimonium habens: si filios educavit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus consilium ministravit. Denique sanctus Ioannes apostolus epistola tertia Caium ab hac virtute laudat, dicens: *Charissime fideliter facis, quicquid operaris in fratres, et hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderunt charitati tuae, in conspectu Ecclesiae: quos benefaciens, deduces digni Deo. Contra vero Diotrefen insinuat inhospitalitatis: *Is, inquit, qui amat primatum gerere in eis, Diotrefes, non recepit nos. Certe antiqui illi Christianae religionis cullores in hospitio excipiebant peregrinis, et pauperibus diligentes adeo se exhibere, ut impius Iulianus Apostata, id referente historia Tripartita (lib. 6. cap. 29. in quad. epist. quam ad Aphrasium scripsit), exprobraret suorum inhospitalitatem, Gallaeorum hospitalitatem, sic ille vocabat Christianos, in faciem eis oblivisci; quos ita hinc muneris deditos aiebat, ut non solum proprios, et notos, sed externos, ac ignotos, et cultu religionis omnino dispares, officiose in hospitium reciperent.****

Iam producamus sacra Concilia, quae hospitalitatem nobis commendant. Concilium Matisiense II. (cap. 11): *Sectatores nos hospitalitatis non solum Dominus Iesus admonet, cum se dicit in hospitium receptum fuisse, sed etiam eis Apostolus, omnibus pene suis praecipit: Propterea unumquodque nostrum oportet non solum semetipsum ad hoc opus hortari, sed etiam omnium fideliu mentes ut possint apud Deum misericordiae operibus pro nostris peccatis intercedere, et nos ei per puram hospitalitatem reconciliare. Si quis ergo nostrum non admonuerit, aut exemplum exhortationis suo ipse prius non comprobaverit opere, indignationem proculdubio incurret Dominicae maiestatis. Praedicitur hoc nostrae medioevitatis statutum in verbis omnium Christianorum, etc. Idem Concilium (cap. 13) dicit, Episcopalem domum institutam esse, ut omnes sine personarum acceptione hospitalitate recipiat. Concilium Arvernense, ut allegatur (in Cod. quinque libro partialium libro 2. cap. 103) sic habet: *Placuit, ut presbyteri suas plebes admonerent, ut hospitales sint, et nulli iter facienti mansionem denegent; et ut omnis rapinae occasio tollatur, nihil carnis vendant transeuntibus, nisi quanto in mercato vendere possint. Quod si carius vendere voluerint, ad presbyterum transeuntes hoc referant, et illius iussu cum humanitate eis vendant. Concilium generale VI. (Can. 9) hospitalitatem summopere commendat, prohibens ne merces pro hospitalitate recipiatur, ut nulli hospitium denegetur. Hoc et Carolus Magnus in suis constitutionibus renovat, et concilium Aquigranense sub Ludovico Primo imperato-**

re (cap. 141) omnibus episcopis, et praelatis iniungit, vice sua eundem committere curam suscipiendi hospites peregrinos, utpote Christum in membris suis, qui ei necessaria libenter pro viribus administrat. Hinc et praecipit clericis, ut si aliis temporibus non liceat, saltem Quadragesimae tempore pedes pauperum in completi loco, et hospitali lavent: *Quapropter capiti, ait, ut in competenti loco hospite sit pauperum, ubi perfacit ad illud veniendi conventus fratrum passis fieri. Is autem, cui haec cura recipiendi hospites, et pauperes incumbit, si negligens fuerit, acerrime corrigatur: potissime si res pauperum in suos usus aptaverit. Praeterea Concilium Parisiense III. (l. 1. cap.) sic loquitur: *Operae pretium duximus nos exhortando admonere, et admonendo exhortari, ut hospitalitatem praecipue sacerdotibus Domini sectari meminerint. A Hieronymo etiam inter cetera virtutum praeconia, quae Episcopo inesse debent, hospitalitas etiam habenda praedicitur: *Episcopi namque domus, ut ipse b. Hieronymus scribit (in epist. ad Tit. c. 1), omnium commune debet esse hospitium. Latius enim unum, aut duos, aut paucos recipiens, implebit hospitalitatis officium, Episcopus nisi unum recipiat, inhumanus ab eo scribitur. Hospitalitas porro, quam Dominus remuneraturum se esse asseruit, illa est intelligenda, quae membris Christi, lecto scilicet indigentibus, et diversas necessitates patientibus, providet. Multa etiam de sectanda hospitalitate concilium Aquigranense (cap. 28) avertit, dum de Episcopo visitante tractat. Praeterea ad amplectendam hospitalitatem Episcopos hortatur Concilium Oxoniense in Anglia (cap. 1), ubi etiam de pauperibus audiendis certa datur constitutio. Vide denique concilium Tridentinum generale (sess. 25), quae fuit nona sub Pio Quarto (c. 8. decr. reform.) sic loquens: *Admonet sancta synodus quoscunque ecclesiastica beneficia saecularia, seu regularia obtinentes, ut hospitalitatis officium a sanctis Patribus saepe quater commendatum, quantum per eorum praesentis licet, prompte, benignique exercere assuescant: memores eos, qui hospitalitatem amant, Christum in hospitibus recipere.****

§ II.

DEUS OPTIMUS MAXIMUS EXEMPO AD HOSPITALITATEM EXERCENDAM NOS COMMUNET.

Supremus totius mundi opifex adeo sollicitus, ac diligentem se exhibuit in benigna hospitium susceptione, ut praeterquam angelis coelum empyreum in hospitium dederit, ac hominem in paradisi voluptatis amoenissimum locum a primordiis constitutionis mundi hospitio exceperit; ipsa etiam bruta animalia hospitali non fuerit indignatus, sed summa providentia singulis hospitia proportionata, et accommodata propriis eorum naturis distribuerit: aerem avibus; aquam piscibus; terram quadrupedibus; et quod mirabilis merito vi-

deri debet, animalia a venatorum canibus oppressa, cum ad Dei templa confluerent in sacrum hospitium, non solum non reuinit illa excipere, sed tanquam hospites domi suae benigne excipit, quae illius pietatis, et patrociniis se crediderat: ac evidentissimis miraculis a morte illa eripuit. Unde Gagin, (*lib. 3*) commemorat, quod Lotharius filius regis Galiae, quodam die aegre ferens insolentiam sui paedagogi Sadragisili Aquitaniae ducis, laxandi animi causa ad venandum se in sylvam contulit: in qua cum sylvestrem quandam feram suis canibus tam ipse, quam famuli eius acriter insecrarentur, illa in templum quoddam ingressa, adeo benigne a misericordiosissimo Domino, hospitio illius sacrae domus fuit excepta, ut non absque ingenti miraculo, tam venatorum, quam ipsorum canum ingressum in ea omnino eis prohiberent, qui nihil aliud, quam foras clamare, et latrare poterunt. Cuius miraculi obstupescere principes ab insectatione destitit, et illi deinceps Ecclesiae specialem honorem detulit. In chronica etiam Hispaniae illud mirandum contigisse lego Sanctio regi Castellae, quod cum aprorum venationi vacans, quidam aper a canibus fugiens, in quandam introisset Ecclesiam, quae in forma ceteri speruluae, ipse in eandem ingressus, praerodendo desiderii aprum feriendi, brachium elevans, ut telo eum confoderet, continuo illud paralysip aruit; quia volebat Dominus hospitem suum, quem domi suae exeperat, indemnem esse, et, ut ita dicam, immunitate Ecclesiastica gaudere. Tunc rex ad se reversus, contritus veniam petit a Domino, et voto emissio Ecclesiam illam, quae sancti Antonii domicilium fuerat, reaedificandi, et illustrandi, pristinam sanitate obtinuit. Votum ille postea implevit cumulatissime, cum eius expensis Palentina Ecclesia cathedralis fuerit aedificata, et multis redditibus locupletata. Hinc ad ipsius Dei imitationem, ad Marinum monachum, ut in vita eius haberetur, sub tugurio in solitudine habitantem, aprum aliquando a venatoriis canibus actum confugisse legimus, quem ille apud se tandem latere permisit, donec ei sine periculo ad sua lustra redundi, facultas affuit. Quid plura? animalia ea urbanitate etiam utuntur, ut alia ad se confugientia defendant, et hospitentur, ut tradit d. Basilus (*homil. 8. exam.*), ubi ait: *Mores ciconiarum haud longe dixeris a prudentia, rationeque distare, ita vero tempore omnes in nostras provincias, siue regiones veniunt: ita et sub uno signo quasi militari quampiam lessera hinc a nobis volant. Cornices autem nostrates, veluti lictores, ipsas satellites qui comitantur, atque deducunt. Quae ut mihi videntur, et socias se offerunt, auxiliareque adversus aves ipsas adversarias, atque hostes. Cuius rei argumento sunt illa primum, quod nostris in provinciis illo tempore nulla cornix prorsus conspiciat; deinde cum vulneribus redentes, apertae tutelae indicia vobis offerant. Quis apud ipsas hospitalitatis iura praescipit? Audiant haec homines hi, qui nullo hospitio homines excipiunt, tanquam suis excipiunt, et neque hinc, neque nocte solum virginis peregrinos, advenasque suscipiant; haec*

divus Basilus. Ex quibus aperte constat, quod cum haec animalia non tam agant, quam agantur ab auctore naturae, a quo diriguntur, et moventur in suis operationibus, non solum Deus exemplo suo per seipsum, sed et per animantia sua hospitalitatem nobis commendat.

§. III.

ANTIQUORUM PATRUM PRAECIPUE VETERIS TESTAMENTI, NEC NON ET QUORUNDAM ETHNICORUM GESTA PRODCIGIUS, QUI EXEMPO SUI HOSPITALITATEM NOBIS SUADENT.

De Abrahamo qui non minus hospitalitatis, quam obedientiae virtute floruit, a quo uno, ut sancti Patres nolunt, praecara multa hospitalitatis recte exercendae documenta discere possumus; de magno, inquam, patriarcha haec lego (*Genes. 18*): *Apparuit autem ei Dominus in convalle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso fervore diei. Cumque eleasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, et adoravit in terram. Et dixit: Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum: sed offeram pauculum aquae, et lavale pedes vestros, et requiescite sub arbore. Ponamque buccellam panis, et confortate cor vestrum, postea transibitis: idcirco enim declinasti ad servum vestrum. Qui dixerunt: fac ut locutus es. Festinavit Abraham in tabernaculum ad Saram, dicitque ei: Accelera, tria sata similiae commisce, et fac sacrificios panes. Ipse vero ad armentum cucurrit, et tulit inde vitulum tenerimum, et optimum; et deditque puero: qui festinavit, et coxit vitulum. Tulit quoque butyrum, et lac, et vitulum quem coxerat, et posuit coram eis: ipse vero stabat iuxta eos sub arbore. Cumque comidissent, dixerunt ad eum: Ubi est Sara uxor tua? ille respondit: Ecce in tabernaculo est. Cui dixit: Revertens veniam ad te tempore isto, vita comite, et habebit filium Sara uxor tua; haec Scriptura. Videmus virtutem hospitalitatis meruisse beneficium beneficio compensari. Itaque Abraham in valle Mambre ante ostium tabernaculi sedet, ne quis pertranseat, quem ad se divertere non roget. Tres venire videt, neque donec adveniant, expectat; sed curat obviam, atque adorat, ut hospites non fovendis solum, sed etiam honorandis seias. Orat ne se praetereant, quasi accepturus, non daturus beneficium: et primum aquam pedibus parat, ut doceat, omnium virtutum fundamentum esse humilitatem. Subincrios panes, butyrum, et lac, vitulum coctum apponit, ut copiose, quam luxuriose hospites pascentes esse demonstrat. Denique discendentes dedit, ut quos benigne accipimus, eosdem cum honore discamus dimittere, ne si incomitati hospitii limen exierint, expulsi magis, quam dimissi esse videantur. Nec arbitraris, ideo illos ab eo sic acceptos, quia scierit angelos esse; sed*

potius, quia hic homines acceperit, angelos quoque accipere meruiss; et tales angelos, in quibus sub Trinitatis typo maiestas unius Dei adoranda facile apparet. Sed audiamus patres Abrahami gratissimam hanc historiam variis modis expendentes. S. Chrysostomus (*hom. 41. in Genes. c. 1*) haec eleganter dicit: *Currit, et volat senex: vidit enim praedam, quam venabatur, et nulla infirmitatis suae ratione habita ad venationem cucurrit: et non vocavit famulos, neque imperavit puero, nihilque rusticitatis, neque desidiae quoquam praesertulit, quasi diceret: magnus thesaurus est, magna negotatio, per memetipsum hanc mercedem inferre debeo, ne labatur tantum lucrum. Et vide liberalitatem Abrahae: vitulum mactavit, fermentavit et farinam. Audi et alacritatem: per seipsum, et uxorem hoc facit. Considera etiam, quam alienus ea a fastu, adorat, et obsecrat.*

Ab eodem hospitalitatis virtute insigniter commendabilis sanctus Loth redditur, qui non solum, ut Abraham, invitabat peregrinos ad hospitium, sed et eos coegebat, domum suam venire. Postquam enim sacer textus (*Genes. 19*), recitaverat verba Loth cum peregrinis loquentis: *Obsecro domini, declinate in domum pueri vestri, et manete ibi, statim subdit: Compulit illos oppido, ut dicerentur ad eum: ingressisque domum illius fecit convivium; et coxit azyrna; et comederunt. Deinde aliud singulare beneficium in eos contulit, quia cum nefandi quidam homines vellent peregrinis illis in suam libidinem abuti, nec ab eo peccato illos divertere potuissent, duas filias virgines eis obtulit, ut saltem eos et a turpiori peccato dederent, et hospites suos indennes servarent. Adeo placuit Domino huiuscemodi genus hospitalitatis, ut ipso universam illam regionem igne, sulphure comburente, Loth ab eo voracissimo incendio omnia devastante incolumis remaneret. Persimilis huic sancto Patriarchae mihi fuisse videtur senex ille Levita, de quo (*lib. Iudic. 19*) habetur, quod cum quidam viator ei diceret: *Nullus sub tectum suum nos vult recipere, habentes palcas, et foenum in asinorum pabulum, et panem, ac vinum in meos, et ancillae tuae usus, et pueri, qui mecum est: nulla res indigenus nisi hospitio. Cui respondit senex: Pax secum sit, ego praebebo omnia, quae necessaria sunt: tantum quaeso ne in platea manes. Introduxitque eum in domum suam, et pabulum asinis praebuit. Cum autem postea vidisset hospiti suo Levitae vim parari ab infrenatae libidinis viris, loco ipsius filiam eius virginem illi tradere voluit. Hospes vero, ne illi, a quo benigne exceptus fuerat, dedecoris ignominiaequae causa existeret, sua quam secum habebat, coniuge, raptoribus satisfacit, quia illi sic abusi sunt, ut extinctam pene reddiderint. Quid dicam de Laban, qui, ut legimus, permagnificum, et hospitalem se exhibuit erga servum Abrahae, dum ei dixit (*Gen. 24*): *Ingredero benedictae, cur foris stas? praeparavi domum, et locum camelis tuis. Deinde cum Sunamitis Elisaeum prophetam hospitio suo frequenter donaverit, meruit filium etiam viro suo protractae admodum aetatis concipere, et parere: et cum foenore hanc hospitalitatis gratiam***

compensavit Elisaeus, nam eundem filium mortuum a morte excitavit. Insuper cum Sarepta-na virgo (*3. Reg. 17*) tantillo cibo pavit Heliam prophetam, pro hoc pietatis officio cumulatissimum beneficium praestitit: tantum viri extorsit a Domino: nam hydra farinae non defecit, nec lecythus olei imminuit: esse usque ad diem, in qua Dominus dedit pluviam super faciem terrae. Nec silentio praetermittendum est Iob, qui adeo impense hospitalitatis officio vacabat, ut (*cap. 21*) diceret: *Foris non mansit peregrinus: ostium meum viatori patuit. In Actis etiam Apostolorum (*Act. 16*) legitur de muliere quadam nomine Lydia: *Cum autem ipsa baptizata esset, et domus eius, depraecata est, dicens: Si iudicatis me fidelem Domino esse, introite in domum meam, et manete. Et coepit nos. Ecce tanquam signum, et pignus fidelitatis, constituit officium hospitalitatis. Zachaeus (*Luc. 10*) gaudens excepit Christum Dominum in domum suam, et ipse ac tota eius familia largam benedictionem a Domino accepit, ipso ei dicente: *Quia hodie facta est salus domui tuae.***

His iungo Marthae miram sedulitatem: postquam enim excepit Iesum in domum suam, ministerio intenta, parandique convivii solitudine ardens, nequibat forec animo suo satis: ac prouide Mariam maram ut se adiuvet, secumque collaboret, citat. Nec adeo nos negligentes esse debemus, advenam aliquem suscipientes, quia servum, non dominum suscipimus, cum ipse protestetur, ac dicat (*Matt. 18*): *Qui suscepit unum parvulum talem in nomine meo, me suscepit, et iterum (*Luc. 10*): Quod unum ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Nec quemquam moveat, quod Maria sedens secus pedes Iesu, et verbum illius audiens, optimum partem dicitur eligisse: non enim propterea hospitalitatem Marthae improbatam credimus, sed bono melius praclatum, actioni contemplationem: ad quem lamen non potest pervenire, qui non prius iustitiae exercitationibus habem expiaverit delictorum, ut tunc demum ad consideranda Dei invisibilia animus attollatur, cum liberum se esse persenserit onere peccatorum. Item duo illi ex discipulis in castellum Emmaus tendentes, cum Iesu simul eunt, simul fabulantur, et externum ac peregrinum esse putantes, donec complerent secum manere, et secum recumbere, et in fractione panis agnovissent eum. Sic igitur hospitalitatis officium ad agnitionem Dei nos adducit, ut quem nunc in aenigmate, et per speculum videmus, post haec facie ad faciem, et sicuti est, videre valeamus.*

Onesiphorus hospitio solitus Christi discipulos excipere, ita ab apostolo Paulo benedicitur, ut dubitandum non sit, quoniam hospitalitatis aeternae vitae praemia sibi comparavit: *Det, inquit (*2. Timoth. 1*), misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia saepe me refrigeravit, et catenam meam non erubuit: sed cum Romam venisset, sollicito me quaesivit, et invenit. Det illi Dominus invenire misericordiam a Deo in illa die. Et quanta Ephesi ministravit mihi, tu melius nosti. O felix iugum Onesiphore, qui aliquando auditurus es optatissimam vocem illam vocatus Domini, ac dicentis: veni,*

benedicte Patris mei, posside tibi regnum paratum a constitutione mundi. Hopes enim eram, et collegisti me. Publius princeps, ut habetur (Act. 28), Paulum cum sociis de confracta navi evedentem recepit hospitio, quo patrem liberavit febribus, et dyssenteria laborantem. Illud tandem hoc loco dicere non parcam, raro principes hospitio domi suae pauperes recipere; frequenter tamen id praestant pauperes homines, et plebei. Unde (Iudicium 19) in Gabaa Beniamin non inventi Levita hospitium, nisi apud senem de opere, et labore suo revertentem. Petrus apostolus (Act. 10) apud quendam Simonem Coriariam hospitabatur. Paulus divertebat apud Priscillam, et Aquilam opifices. Idem etiam Paulus, et socii eius ad preces Lydiae purpurariae apud domum suam diversi sunt.

Venio iam ad exempla Ethnicorum: neque enim solum apud veri Dei cultores sancte honorata, cultaque est virtus hospitalitatis, sed etiam apud Ethnicos verae pietatis exortes; eoque insuper barbaros, quibus nulla honesti cura incumbit. Nam cum ceterarum virtutum neglexerit officia, in tamen hospitii fidemque ac benignitatem hospitalium invariabili rigore colebant; neque novum apud eos, quod rarum nunc apud christianos peregrinum compellere, domum subire. Camul provinciae Tartarorum subiecta imperio regio est, ut refert Marcus Paul Ven (lib. 46 Orient. Regi), incolae ad prodigium hospitalis peregrinos quoscunque, vel invitos suscipiunt: domo cediti patrefamilias, uxorem, et liberos illi commendat, nec ante redit, quam ipsi discesserint. Apud Lucanos lege cautum erat, ut si quis sole occidente, diverentes hospites notos, ignotosve domo non acciperet, inhospitalis tenebatur, nullamque eo nomine penderet pecuniam. Quin? usque adeo sancta apud Ethnicos hospitalitas semper fuit in pretio habita, quod in tutela ipsius lovis hospites potissimum esse dixerint, ideoque lovem hospitalium appellaverunt. Quo spectat ille versus Maronis:

Iupiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur.

His adiungo, quod Carolus, antiquus Gothorum, et Svetiorum rex, inter leges a se traditas constituit, ut Gothi, et Sveii inter se, et maxime in omnes advenas, hospitalitatem servarent, summumque nefas ducerent, quenquam teclio arcere. Unde si quis per idoneos testes id tertio fecisse convinceretur, immisso igne eius aedes incendebatur, ita ut propria domo spoliaretur, qui illius debitum proximo usum denegasset; et hi quidem solo humanitatis intuitu, hanc hospitalitatis virtutem amplectebantur.

§. IV.

ADDUCTIS EXEMPLIS CLARISSIMORUM HOMINUM UTRIVSQUE SEXUS, QUI TEMPORE LEGIS GRATIAE HOSPITALITATIS VIRTUTE PRAEFULSERUNT, VARIATQUE OB ID A DEO PRAEMIA OBTINERUNT, VIRTUS HOSPITALITATIS SEQUATUR.

Inter clarissimos, et piissimos viros, qui hospitalitatis sollicitos sectatores se exhibuere, primum refero sanctum Sylvestrum, qui, teste Metaphraste apud Sarium, omnes peregrinos Romanos venientes libenter excipiebat: mensam hilariter apponens, aqua pedes ablucens, et ad quiescendum in stragulis eos collocans: Sanctus Spiridion, teste eodem, ad labores iter facientium recreandos, cum iam esset Archiepiscopus Cyprum, erat adeo dexter, et officiosus, ut ipse sine famulis mensam eis apponeret, pedes ablueret, aliaque officia humanitatis exhiberet. Sanctus Gregorius Nazianzenus, pietate insignis, qui teste Gregorio presbytero in vita Nazianzeni, pro peregrinis, et hospitibus excipiendis hospitalium domum a fundamentis erexit. S. Hieronymus, qui (in proem. 7. lib. comm. in Ezech.) ita scribit: *Fatorum ex planationes in Ezechielem nullo ante tempore promissae, et occupatione de toto hinc orbe venientium implere non posse, dum nulla hora, nullumque momentum est, in quo non fratrum occurramus turbis, et monasterii solitudinem hospitum frequentia commutemus, in tantum aut claudendum sit nobis ostium, aut Scripturarum, per quas aperienda sunt foris, studia relinquenda: et (in Apol. in Ruf.) Nobis in monasterio hospitalitas cordi est; omnesque ad nos venientes laeta humanitatis fronte suscipimus; veremur enim, ne Maria cum Joseph locum non inveniat in diversorio. S. Goar presbyter, qui auctore Vandulberto Prumiensi monacho, paterno Aquitaniae provinciae solo deserto ad Ripam Rheini, Ecclesiam cum monasterio extruxit, diu nocturne vacans orationibus, et hospitibus praecipue excipiendis. Quo charitatis officio tantam apud Deum promeruit gratiam, ut multis in vita, et etiam morte clarerit miraculis. Sanctus Sampson, hospitum exceptor dicitur, qui, teste Metaphraste, licet genero claus, ex urbe Romana, postquam theologiae, et medicinae operam dedisset, Constantinopolim se contulit, aedules inibi extraxit pauperibus, peregrinis hospitio recipiendis idoneas, quos postea sacerdos factus spiritaliter, et corporaliter invit. Sic S. Ruo, qui ex Iudice Ecclesiastico moderato Ecclesiae in minori Britannia factus, semper pauperes, vel peregrinos mensae adhibuit, loloseque novem annos domi suae virum quendam cum uxore, et quatuor liberis aluit. Sanctus Gregorius (homil. 23. in Evang.) haec narrat his verbis: *Quidam patrefamilias cum tota domo sua magno hospitalitatis studio serviebat; cumque quotidie ad mensam suam peregrinos susceperet, quondam die peregrinus quidam inter alios advenit, ad mensam ductus. Dumque patrefamilias ex hu-**

manitatis consuetudine, aquam vellet in eius manibus fundere, conversus urcum accepit. Sed repente cum, in cuius manibus aquam fundere voluerat, non invenit. Cumque hoc factum se cum ipse miraretur, eadem nocte Dominus per visionem ei dixit: *Ceteris diebus me in membris meis, hesterno autem die me in nemetipso suscepisti: ecce in iudicium veniens, dicit: quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Similia de ipso sancto Gregorio commemorat in eius vita Ioannes Diaconus: *Tantae, inquit, hospitalitatis Gregorius in ipso etiam Patriarchio permansit, ut exceptis his, quos tam per diversas regiones, quam Romae quoque Longobardorum perfidiae gladio fugientes, Ecclesiasticae stipe misericorditer nutriebat, ad mensam suam quotidie peregrinos quoslibet invitaret. Inter quos die quadam unus accessit, in cuius manibus, dum ipse ex humilitatis ministerio aquam fundere vellet, conversus urcum accepit, sed repente cum, in cuius manibus aquam fundere voluerat, inveniri non potuit. Cumque hoc factum se cum ipse miraretur, eadem nocte Dominus ei per visionem dixit: *Ceteris diebus me in membris meis, hesterno autem die me in nemetipso suscepisti. Quia narratio non obscure apparet, illum patrem familias, de quo divus Gregorius in praecitato exemplo, ipsum sanctum Gregorium extulisse, cuius nomen ipse modestiae causa retinebat.***

Sed audiamus quid de eiusdem Gregorii hospitalitatis commemoret idem Ioannes Diaconus (eod. lib. 2. in vit. ill. cap. 1): *Alio quoque tempore, inquit, idem Gregorius iuxta consuetudinem suam praecipit saeculari, ut duodecim peregrinos ad prandium invitaret. Qui pergens iussu completit, et eos ad mensam pariter ordinavit. Dum autem simul discumberent, intuens Papa tredecim numeravit, et accersito saeculari, cura contra iussionem suam tertiumdecimum invitare praesumpserit, requisivit. Ille obstupescens conviciante peregrino curiosius numeravit, et duodecim solos inveniens, veluti securus respondit: *Crede mihi, honorabilis Pater, non sunt nisi duodecim, sicut ipse iussisti. Ergo dum conviciatus duodecim identidem numeraret, ac tertiumdecimum, quem solus Papa videre poterat, non videret: animadvertit spiritualis pater Gregorius virum propius discumbentem vultus crebro convertere, et nunc adolescentem, nunc vero vetulum veneranda quadam canitie simulare. Finito convivio, duodecim quidem abire permisit; tertiumdecimum vero manu suscipiens, in cubiculum suum induxit, vehementer adjuvans, ut ei se, nonneque suam simpliciter proderet dignaretur. Qui respondit dicens: et cur interrogas de nomine meo, quod est mirabile? Verumtamen scilo, memoria recognoscens, quia ego sum naufragus ille, qui quondam veni ad clivum Scauri, cui delisti duodecim numismata, et argenteam scutellam, quam tibi miserat cum infusus leguminibus beata Siloia mater tua. Et hoc tibi pro certo sit cogitatum, quia ab illo die, quo mihi haec hilaris animo tribuisti, destinavit te Dominus fieri praesulem suae Ecclesiae, pro qua, et proprium sanguinem fudit, et esse te successorem, atque vicarium apostolorum principis Petri, cuius virtutem imitatus es, cum sub-**

stantius offerentium divideres, prout cuique opus erat. Haec audiens divus Gregorius dixit: *Et tu quomodo nosti, quod tunc me Dominus praesae Ecclesiae destinaverit? At ille inquit: quoniam ego angelus eius sum, et nunc ab eo ad tuum inquirendum propositum destinatus. Tunc Gregorius, quia nondum manifeste viderat angelum, prosus exarvit, sibi hunc taliter dicentem audit: *Ne timeas, neque formides: ecce enim remisit me Dominus, ut sim tibi custos, quando fueris in isto mortali saeculo: quatenus quancumque rem petieris, per me apud eum fiducialiter valeas impetrare. Illico Gregorius in faciem suam corruit, dicens: *Si propter meae parvitas numerulum tanta mihi retribuit omnipotentissimus Dominus, ut Pontificem me sanctae suae Ecclesiae faceret, et custodem mihi suam angelum deputaret, quanta putem mihi restituri, si in praecipitis eius totis viribus permanens, plura studuero de pluribus erogare?***

Tertullianus Carthaginensis (lib. 2. ad uxorem), christianis maxime hospitalitatem antiquitus commendabilem profleret. Hoc et Bassianus Ephesus episcopus, cum episcopatu esset deiectus, agens causam suam coram Valentiniano, et Marciano imperatoribus, sic a juvenili aetate observasse dicitur: et vixisse cum pauperibus, et ptochiam, id est locum ad recipiendum medicos fecisse, et in eo posuisse septuaginta lectos, et omnes languentes, et ulceratos hospitio suscepisse. Haec habentur, et legitur actio secunda concilii Chalcedonensis. Venerabilis Beda (lib. 3. hist. Angl. cap. 6), haec narrat de Osualdo viri insigni: *Sanctus Osualdus Brianniae regni amplissimi cultum sublimatus, quod dicitur mirum esse, nihilominus pauperibus, et peregrinis semper humilis, benignus, et largus fuit. Fortur enim, quod tempore quadam cum die sancto Paschae cum Aidano Episcopo consedisset ad prandium; postquam esset in mensa coram eo discus argenteus regulibus epulis referretur, iamque essent manus ad panem benedicendum missuri, intravit subito monasterium ipsius, cui suscipiendorum inopum erat cura delegata, et indicavit regi, quia multitudo pauperum undecunq; adveniens maxime per plateas sederet, postulans aliquid elemosinae a rege. Qui mox daps sibi appositos deferri pauperibus iussit, sed et discum confringi, atque isdem minutim dividit praecipit. Quo viso Pontifex qui assidebat, delectatus tali facto pietatis, apprehendit dactylam eius, et ait: *Nunquam inveteris haec manus. Quod et ita iuxta votum benedictionis eius provenit. Nam cum interfecto illo in pugna, manus cum brachio a cetero esset corpore ressecta, contigit, ut haec manus incorrupta perduret. Denique in urbe regia, quae a regina quadam vocabulo Bebbia cognominatur, loculo discus argenteo, in Ecclesia sancti Petri servatur, ac digno a cunctis honore veneratur, ut quam merito id olim ab Episcopo prolatum fuerit, tam certus eventus testis etiam posteris foret; et nemo unquam dubitaret, ipsius animam fulgere in caelo, cuius corporis partem tot iam annos incorruptam permanere cerneret in sepulcro.**

Theodorici Apollia (lib. 8), ut refert eru-

ditus auctor Hiepes (*de var. histor. discurs. 43*) commemorat, quod cum sanctissimus pater Dominicus tres ex fratribus suis sanctimoniam, et doctrina insignes in Hungariam, disseminandi evangelii gratia, misisset: appropinquantes illi cuidam castello, ubi divinum verbum publice universo populo in Ecclesia congregato praedicarent, singulis postmodum in proprias domos redeuntibus, ipsi, Ecclesiae foribus clausis, foras manserunt, nemine ad hospitium eis invitante. Accidit tamen, quod cum illos inueneret quidam pauperissimus piscator, illum miserum, uxori suae dixit, valde cruciari, quod nihil ad manus haberet, quo posset reficere, et ad hospitium suum fratres illos praedicatores invitare. Illa respondit se tantum habere parum milii, quod posset eis praebere. Maritus autem summoque instavit, ut consuleret marsupium, si fors aliquid pecuniae inveniret. Uxor licet alioquin certo sciret, nullam ibi adesse pecuniam; ut tamen viro suo pareret, manum misit in marsupium, et invenit duos argenteos, quibus ille emens panem, et vinum optimum, praeparansque parvos pisciculos, nec non milium, quod habebat, ad prandium fratres illos invitavit; ac domi suae perhumaniter excepit. Qui postquam refecti fuere, Deum optimum deprecari sunt, ut hospitium remuneraret, qui eius amore illos benevolens animo hospitio exceperat, et victum, et potum necessarium tribuerat. Exaudita saepe fuit eorum oratio, quia ex illo die, quo fratres illos suscepit, quoties in marsupium manum mittebat, duos argenteos inveniebat. Quo perenni miraculo omnia necessaria domui suae, oves, et boves, vineas, et praedia non pauca emit. Quorum donum ut ille haereditatem haberet, filium eis Deus dedit, qui in haec bona successerit. Tandem autem inventi sunt argentei illi, quando opus fuit, ut omnia necessaria acquireret; ac tandem miraculum cessavit. Quod et novum beneficium merito censeri debet, ne si superflua bona ex continuatione illius miraculi acquireret, spirituale animi aliquid detrimentum pateretur.

Ad haec (*1. part. Chron. Seraph. Patr. nostr. Franc. lib. 1. cap. 45*) refertur, quod rediens in Italiam ex peregrinatione, quam confecerat ad sepulcrum sancti Iacobi in Compostella, quidam frater, eius socius, fame in itinere pressus, ad vineam quandam divertens, uvaram racemum carpsit. Quod custos vineae observans, frae percussit, ad eum perveniens, pallium illi abstulit, nec precibus b. Patris nostri Francisci ullo modo acquievit, ut illud restitueret. Quare opus fuit, ut simul in domum Domini vineae se conferrent, a quo ita benevole excepti fuerunt, ut non modo pallium ipsis restitueretur, sed insuper ipse dominus ex illo die pollicitus est, omnes fratres Ordinis Minorum illac transeuntes semper domus suae hospitio fore recepturum: quod per totum vitae suae curriculum ita implevit. Accidit autem, ut cum ipse e vita discederet, uxor eius aegre ferret, fratres Minores non adesse funeri viri sui. Eo repente Ecclesiam ubi corpus in feretro iacebat, triginta duo fratres, cum tamen per totam circum regionem nullum eorum esset coeno-

bium, ingredienti, funeralia officia praestiterunt. Quibus peractis, in momento temporis disparuerunt, omnibus non immerito indicantibus, vel divinitus adductos fuisse fratres alibi commorantes, vel certe angelos sub fratrum figura ibi comparuisse.

Cardinalis Baronius (*tomo 6. anno Christi 475.*) haec narrat: *Tempore Sydonii Episcopi, magna Burgundiam fames oppressit: cumque populi per diversas regiones dispergerentur, nec esset ullus, qui pauperibus alimoniam largiretur, Eldicius quidam ex senatoribus huius Sydonii propinquus, magnam tunc rem in Deo confusus fecisse perhibetur. Nam invalescente fame, misit pueros suos cum equis, et plaustris per vicinas sibi civitates, ut eos, qui hac inopia vexabantur, sibi adducerent. At illi euntes, quotquot pauperes invenire poterunt, adducere ad domos eius, ibique eos per omne tempus sterilitatis pascentes, ab interitu suam exemit. Suerque, ut nulli aiunt, amplius plusquam quatuor millia promissit sexus. Adveniente autem ubertate, ordinata iterum evictione unumquemque in locum suum restituit. Post quorundam discessum vox ad eum e caelis lapsa pervenit dicens: Eldici, quia fecisti rem hanc, tibi, et semini tuo panis non deerit in sempiternum, eo quod obediens verbis meis, et famem meam refectio pauperum satiaris.*

In speculo exemplorum hoc mirabile exemplum lego: *Fuit Romae vir pius, et bonus, qui indifferenter homines religiosos, et pauperes ad hospitium invitabat. Contigit autem eum confectum senio attenuari rebus temporalibus, qui quidem angustabatur plus, quod solitam hospitalitatem exercere non posset, quam quod ad usus suos sufficientiam non haberet. Cumque una noctem anxius pro talibus iaceret in lecto, semigigantem audit vocem dicentem sibi: vidi charitatem tuam, quam in exhibenda hospitalitate multo tempore infatigabiliter habuisti, et per hanc ad vitam devenisti pauperem. Volo ergo non solum in futuro remunerare te, sed etiam in praesenti. Loquere illi diviti, et de vinea tua, quae melior est, cum vinea illius concambium facias. Ipse libenter annuet verbis tuis: habita illius vinea, in medio illius aceruum fodias in profundum, et sub eo reperies, quod Romanis copiis est invisum. Ad hanc vocem cum protinus homo non obediret, secundo, et tertio idem, quod prius vox divina precepit. Tunc ad divitem veniens obtulit concambium vinearum. Cui dives: Libenter, inquit, id faciam, quod melior vinea tua, mea tibi solvam? Cui pauper: Nolo, ait, sed aequo valore concambium fiat: et factum est sic. Mox pauper communicato secretae rei consilio filio, quem habebat, et duabus pariter filabus, ad aceruum cum eis supra dictum accedit in vinea, et incipiunt fodere cum spe magna. Cumque diu fossissent, nec adhuc effectus sui signum aliquid invenissent, coeperunt patri suo filium cum sororibus insultare. Quibus pater, nullo, ait, modo possum credere, quod frustrabor acervo. Igitur pater cum filiis viriliter insistentes, tandem in profundo iter ingentes lapides ex marmoreo plenum aqua, et in ore ipsius vasis ollam vitream plenam balsamo, et in orificio ollae vas parvum fecit, et*

in eo tres lapides pretiosos, smaragdum, saphyrum, et carniculum quantitate non modice repererunt. Nihil ergo aquam in vase marmoreo reputantes, eam effuderunt, quae mox, ut est effusa, instrumenta aerea, quibus laboraverant, perfusione contingens, aeris colorem in pulcherrimi auri speciem commutavit. Erat autem aqua ex sanguine, et cornibus basilisci in modum aquae rosaceae per elevationem facta, qui solet ab Alchimistis aurum fieri sophisticatum. Sed hac aqua Deus noluit dicti viri innocentiam maculari, et ideo effusa dispersit: balsamo vero, cum debilitatus visu usus fuisset, nescius, quasi communi oleo per dies aliquot, recuperavit integerrime visum. Et post cognitum per presbyterum suum, quod esset balsamum, vendidit illud inaestimabili pretio. Et pro lapidibus quos invenerat, pretiosis, pecunias copiosissimas, et multas accepit, factusque dives, et inclitus glorificavit Deum, et nepotes suos multis copiis ditatos reliquit.

Ex eodem speculo (*lib. 2. c. 25. p. 13*) hoc reperit: *Quod autem egeri hospitii sint inducendi, venerabili foeminae Adae de Belmonti tali miraculo demonstrat. Recedente viro suo nobilissimo milite, nec ut ipsa existimavit, diebus plurimis redituro, petens leprosum hospitium, receptus est. Illo ergo gemente, et causante debilitatem corporis fatigati, petii in lectum suavissimum se deponi. Domina autem nullum lectum habens Domini sui meliorem, in eum leprosum hominem mox deponit. Nec mora, in sperato Dominus rediens, petii in thalamum introitum. Dissimulante ergo domina, conciecit ille aliquid esse in thalamo, et irruptione facta, hyemali tempore lectum suum rosis fragrantissimis coopertum invenit. Admiratus igitur, quaerit, quid factum sit; indicat uxor: nec mora; in laudem Christi, ambo cum lacrymis resolventur.*

Vincentius Beluacen. (*cap. 21. artic. 11*), et Gothscalc. Holen. (*serm. 32. partis hyemal.*) narrant: *Cum Germanus Episcopus Altisiodorensis in Britannia praedicaret, die quodam regis Britanniae palatium cum suis discipulis introiit, et directo ad regem nuncio pro vehementi frigore, et superveniente nocte hospitium postulavit. Sed cum rex inimitis concedere nolisset, Germanus cum discipulis suis sub dio persistens, nivem et grandinem patienter sustinuit; iamque veniente nocte subulcus regis regressus a pasuis, accepta in palatio praebenda sua ad proprium turgurium rediit. Is cum e. Germanus conspexisset, vehementi frigore cum discipulis tabescentem, personae dignitate pernotus: Oro, inquit, quisque es domine, ut tibi, et sociis parcas, et veniens ad hospitium meum, officium paupertatis eum humiliter declinasset, porciarius ille uxorem suam monuit, ut vitulum vincinum, quem habebat, occideret, et hospitibus coenaturis apponeret. Post coenam ergo Germanus multoerem evocavit, iubetque, ut ossa vituli diligenter collecta sub pellem eius ante matrem in praecipio collocet. Quo facto, vitulus sine mora surrexit, matricque coastans, comedere foenum coepit. Tunc Germanus hoc audiens rogat hospites suos, ut salvo iure hospitii, hoc interim beneficium ac-*

ceptarent. Facto autem mane, Germanus ad palatium regressus, et regem egressurum de palatio praestolatur. Ezeanti festinus occurrit, et cur ei sero hospitium negasset? patienter inquiri. Rex: stupore defixus, et sancti cuicunque attonitus respondere non potuit. Tunc Germanus, egredere, inquit, et regnum meliori dimitte. Illo haesitante, Germanus constanter cunctantem impellens: Egrederis, ait, et sicut Dominus defecit, nequaquam deinde potestate regia abuteris. Rex: autem potestatem coelestem in praesule reformidans, cum coniuge, et liberis indifferenter exiit, et ulterius ingredi non praesumpsit. Tunc Germanus subulem cum coniuge venire fecit, et universo supente palatio regem constituit. Ex tunc reges ex subulci genere procedentes genti Britanniae dominantur; Deo res humanas mirabiliter ordinante per beatum Germanum.

Matthaeus Timpii (*in suo Theat. hist.*) haec memoranda in idem argumentum narrat ex historia Bonifacii de rebus Hungaricis (*lib. 1. dec. 2*), et ex Episc. Charlithio (*de vit. Steph.*): *S. Stephanus Pannonum Hungariae rex, et pater in Christo, quia gentem illam omnium primus ad Deum tradidit; cum multa praeterea misericordiae opera fecisset, tandem aedificavit Romae collegium Canoniorum: domos quoque, et hospitia Pannonum ad eam urbem, quae Ecclesiae coput est, religionis causa convenientium benigne constituit. Denique Constantinopoli Ecclesiam aedificari iussit, non passus imperatoriam civitatem suae mansere liberalitatis exortem. Quadam vero nocte divino instinctu solus, et nemine conscio ad egerens consolans cum numeris ire constituit. Verumtamen a mendiculis pecuniam adorantibus, atque ipsa occupandi cupiditate tentatis, nummos distribuit, barba regalis indignae, temereque convellit. Dum enim regem quisque trahere nititur, iniuriosus ab unoquoque vel impudenter, vel rapaciter capilatur. Ille gaudio incredibili laetitiaeque perfusus, se ad beatissimum Dei matrem contulit, humique ante sacrum altare procrebans, his verbis exclamavit: Vide coeli regina, qualem honorem tui milites et homini habuerint, quem ipsa regem creavisti. Equidem si mihi ab aliquo religionis hoste haec illata esset iniuria, tuo fretus auxilio, ulciscendam, persequendamque curassem: nunc a meis acuius, quam par esset, alio impudentius, pecunias exigentibus haec passus, mei similis permaneo: non irascor, non indignabor: quippe cum sciam his gradibus ad coelum ascendi, me mutum, surdum, manuumque praebdo. Neque enim illa me Christi fugit oratio, suos discipulos consolantis, et omnem casum confirmantis: Capillus de capite vestro non peribit. Promisit etiam in liberalitatis proposito se esse permansurum. Non enim is erat Stephanus, quem ab instituto vitae cursu iniuria illa retardaret. Ergo huic regi hospitali, benigno, misericordique tributus a Deo est, ut eius mortui delecta manus per multos annos incorrupta perstaret, quo egentibus tam multa praerexisset, lotque nummos ad templi virginis, piurumque monumentorum, tum substructionem, tum ornatum ex aris deprompsisset. Stephani quoque pietati divina bonitas dedit, ut in se-*

riis assumptae Virginis, quas praecipuo semper honore coleretur, ex hac vita demigraret.

Utrumque secutus est Coenobiartha Theod. ut ad sanctitatem et vitae perfectionem, plurimos eruditus, et indigentibus, quorum numerus ingens esse solet, necessaria ad victum suppeditaret. Erat aegrotantium, esurientium, peregrinantium, frigiditumque commune periculum: caritate adversus hospites tanta fuit, ut uno die centies mensa poneretur: neminem exclusit, vel nauseae, vel horrore devictus despiciatissimique apud Theodosium laute soliti sunt diversari. Tribus hominum ordinibus totidem valetudinaria constituit: primum religiosis: alterum iis, qui populariter vivunt, suntque honestiores: tertium infimae sortis hominum. Monachis porro senectute confectis locum attribuit, in quo a laboribus quiescentes, levationem superioris vitae certaminibus debitam invenirent. Cum aliquando in Deiparae feriis, ad quas celebrandas ingens multitudo convenerat, ita esset a cibo imparatus, ut multos convivas vix unus panis attingeret, non tamen despondit animum, sed in eo spem omnem, fiduciamque defixit, propter quem erat in hospites liberalis: qui inopiae tam larga manu providit, ut panem augesceret, ceteraque cibaria crescerent adeo, ut qui accumbebant, non modo saturarentur, sed etiam mulla de mensa auferrent, et domum comportarent. Qui autem prandii administratores fuerant, iis etiam omnia abunde superarunt. Quia enim mater illa clementiae ferias suas viderat agitari, et illam turbam, ac multitudinem sanctissimi coeli, et terrae regina coegerat, ut olim vinum convivis; sic tum panem a carissimo filio suis hospitibus impetravit.

Ad extremum, quae d. Hieronymus (de insign. ill. foem. Fabiol.) scribit, hic apponam. Ille (tom. 1. epist. in epist. ad Oct.) ait: Omnem censum, quem habere poterat, erat autem amplissimus, et respondens generi eius, vendidit, et inde pecuniam congregatam usibus pauperum preparavit; et prima omnium Xenodochium construxit, in quo aegrotantes colligeret de plateis, et consumpta languoribus, atque inedia miserorum membra foecet. Quoties morbo regio, et pudore confectos humeris suis ipsa portavit? quoties laevi putulentum vulnere saniem, quem alius aspicere non valebat? Praebeat cibos propria manu, et spirans cadaver sobriunculis irrigat. Ille, quem despiciamus, quem videre non possumus, ad cuius intuitum nobis vomitus erumpit, nobis similis de eodem nobiscum formatus est luto, iisdem compactus elementis. Quicquid patitur, et nos pati possumus: vulnera eius existimemus propria, et omnis animi in alterum duritia, clementi in nosmetipsos cogitatione frangitur. Non mihi, si linguae centum sint, ferrea vox, omnia morborum precurrere nomina possen, quae Fabiola in tanta miseratione refrigera commutavit, ut multi pauperum sani languentibus inviderent: quanquam illa simili liberalitate erga clericos, monachos, ac virgines fuerit. Quod monasterium non illius opibus sustentatum est? quem nudum non Fabiolae vestimenta texerunt? in quorum se indigentiam non effudit praecipit, et festina largitio angusta misericordiae eius Roma fuit. Peragravit

ergo insulas, et totum Eltruscum mare, Volscorumque provinciam, et reconditis curcorum litorum sinus, in quibus monachorum consistunt chori, vel proprio corpore, et transmissa per viros sanctos, ac fideles munificentia circuibat; haec ille. His addo Tertullianum, qui memoranda quaedam de Spiridionis hospitalitate commemorat (lib. 8. Eccl. hist. cap. 42), ac alia de Mela (lib. 11. cap. 38): ille enim tantum hospitalitatem diligebat, ut etiam tempore quadragesima cum nihil haberet hospitibus apponendum, non erubuerit carnes illis porrigere. Exemplum mirandum, sed non imitandum, nisi gravissima necessitas urgeret. Mela autem ita se hospitalitatis cultricem exhibebat, ut etiam suis infelissimis inimicis hospitium suum non denegaret. Addo etiam, quae habentur apud Gratianum (in decr. d. 42) per totum, necnon et inclitum Episcopum Sardicem, qui, id referente Eusebio Caesariensi. (lib. 14. Eccl. hist.), elegantissimum librum scripsit de hospitalitate.

§ V.

EX DOCTRINA PRISCORUM PATRUM HOSPITALITATIS VIRTUS SAEDETUR.

Patres olim ad suadendam hospitalitatis virtutem multa praecleara edixerunt, ex quibus nonnulla seligam hic apponenda. Antiquissimus Origenes (homil. 5. in cap. 19. gen. tom. 1) ait: Missi angeli ad subversionem Sodomorum, cum inicitum cuperent maturare negotium, curam prius gerunt hospitis Loth, ut omni immunitatis ignis exordio contemplatione hospitalitatis eximerent. Audite haec, qui peregrinis clauditis domum: audite haec, qui hospitem velut hostem vitatis. Loth in Sodomis habitabat, alia eius benedictio non legitur, hospitalitas in eo sola ex usu videntis memoratur. Evadit ignes, evadit incendia ob hoc solum, quod domum suam patefecit hospitibus. Hospitalium domum angeli ingressi sunt, clausas hospitibus domos ignis ingressus est. Idem (in lib. 1. Iob) ait: Talis fuit beatus Iob, apud quem nunquam hospes foris mansit: cuius ianua omni adventanti patuit, quem invalidi nunquam praetermiserunt rogare de iis, quae opus habuerunt: qui non desinit, nec permisit pauperem exire de domo sua vacuum: ad cuius tonsuram ovium omnium pauperum scapulae calefactae sunt. Ob hoc enim, et istam multitudinem pecorum nutrit, et maxiam agriculturam exerceat, ut plurimos impertiret, ut plurimos beneficeret, ut plurimum memor esset. Non os suum tantum, sed et multos esurientes saturaret, atque plurimos nudos vestiret, et multis miserabilibus, atque infelicibus refrigeraret, et ministerium eius nimis copiosum, quod ministrabat hospitibus, et infirmis miserantibus destituit, et peregrinis, et pauperibus. Pro horum ergo omnium susceptione, puto quod et in coelo, et in excelsis copiosum nimis habuerit ministerium. Plurimos ministraverunt ei super terram pro miserorum susceptione; sed plures ministrabant ei in coelis coelestes angeli,

incorruptibiles elemosynas, atque bona opera eius in memoriam coram Deo in coelum deferentes, sicut dictum est ad Cornelium: Oratione tuae, et elemosynae ascenderunt sursum coram Deo. Attestantur autem Angeli non solum Iob, sed et omnibus, qui similiter ut Iob elemosynas miseris, ac beneficia infelicibus impertiant.

Idem (lib. 9. in cap. 12. ad Rom.) elucidans illa verba Pauli, Hospitalitatem sectantis, etc. ait: Quam digne hospitalitatem sectantis magnificientiam uno sermone comprehendit: dicens enim sectandam esse hospitalitatem, non illud solum ostendit, ut venientem ad nos hospitem suscipiamus; sed et requiramus, et solliciti simus, et sectemur, ac perquiramus ubique hospites, ne forte in plateis sedeant, ne extra lectum iaceant. Recordare Loth, et invenies, quod non illum hospites, sed ipse quaesierit hospites, et hoc erat, hospitalitatem sectari.

Divus Chrysostomus (ho. 84. in Mat.) sic loquitur: Zachaei domum cogitatione ingredi, et considera, cum audisset Christum apud se mansurum, quomodo eam ornavit. Non enim curriculo, ad vicinas contendit, mensas, sedes, subsellia petens eburnea, nec extraxit e loculis laconica quaedam mensurarum telamina; sed ornatu Christo gratissimo decoravit. Quod porro istud? dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus. Sic et nos, oro domus nostras exornemus, ut Christum suscipere mereamur. Haec pulcherrima portarum telamina: haec in coelis solummodo sunt: ibi texantur: ibi colorum rex habitat. Sic Matthaos, sic Centurio domum suam elemosynis ornavit. Unde factum est, ut usque in hodiernam diem fulgentissimam habilet regiam.

Idem (homil. 13. ex var. in Matth.) inquit: Mulier illa Sunamitis pauper erat, ad quam venit Helias in tempore famis, quando totus siccitate pene arverat mundus, et inopia ingenti tabefactis animantibus victum negabat: quando coelum aestivo igne exaruerat: quando non herbae, non flores, neque ulla germina pullulabant. Tunc Helias vir, cui totus mundus erat inferior, ad illam inopem viduam venit. Quare ergo vir ille, qui verbo ignem de coelo educerat, non similiter ipse sibi panes deposuit? nunquid non praeparat? utique poterat. Sed non hoc fecit, ne praeparata ad bonum opus vidua hospitalitatis mercibus praeartur; et stillicidium olei, more prophetae suscepti, viduae domus multiplicata benedictione rependeret. Non enim pro sua tantum requie ad eam missus est propheta, ut ab inope pasceret, quantum ut egentem pasceret. Deinde nonnullis interiectis haec scribit valde notanda: Illa simpliciter, quod habebat confessa est, dicens: Vicit Dominus, si est in repositione nisi hoc modicum farinae, et exiguum olei. O rem laudabilem, quod in tanta escarum penuria, ipsum modicum, quod ei residuum erat, non denegavit. O detestanda, et insatibilis hominum avaritia: quanti vero nunc, qui aurum, et argentum, velut lutum habent, cum rogantur, ut indigentibus opem praesent, scripturas, et cautiones ordiant: insuper fideliosiores, et interventores foeneris commodati accipiunt. Ille autem pauperula nostra ab una voce, quod po-

stulata est, habere, non negavit pugillum farinae: et illa quidem necdum Christum loquentem, ut nos, audierat: Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet: et qui praeberit silitenti calicem aquae frigidae, non perdet mercedem suam. Quod autem ait: Festinus, docere illa voluit, prompto animo, et ferventi spiritu, et hilarem, et manu paratam ad boni operis effectum, non ex tristitia, ad ex necessitate praebentem: hilarem enim datorem diligit Deus.

Rursus idem sanctus Chrysostomus (hom. 7. in Luc. seu conc. 2. de Laz.) quaedam tradit digna, ut aureis literis inscribatur, et ab omnibus memoria tenacissime retineatur: sic enim loquitur: Dives Lazarum in sinu vidit Abraham: Hospitalitatis insecutor erat Abraham: ut igitur arguatur dicitur inhospitalitas, propterea Lazarum cum illo videt. Ille etiam praeterentes venabatur, et in domum pertrahabat suam: hic vero etiam intra domum sacentem desepit. Cuius talem thesaurum habebat, salutis parandae materiam praeteribat quotidie: nec in quod oportebat, usus est pauperis propinquitate. At patriarcha prae foribus sedens, introductabat praeterentes omnes: et quemadmodum piscator, iacto in mare rete, piscem quidem attrahit, attrahit autem frequentem aurum, et margaritas: et hic itidem receptans homines, piscatus est tandem et angelos: quodque meritis itiam insciens, in quo et divus Paulus in huius laudibus dicit: sectare hospitalitatem, per hanc enim quidam inscientes, hospite receperunt angelos: ac recte discit, inscientes. Nam si sciens illos accepisset tanta cum humanitate, nihil magis mirifice fecisset; sed eos credens homines viatores, cum alacritate vocavit intro. Abraham non excohibent, quales essent praeterentes, nec unde veniant, quemadmodum et nos nunc facimus; sed sine delectu praeterentes excipiebat omnes. Nam cum, qui praestat humanitatem, non oportet exposcere vitae rationem, sed inopiae meriti: unicum habet opus, patrocinium, pauper quo eget, ne quid ab eo illo postules amplius. Sed etiamsi fuerit omnium improbius, et necessario victa egerit, sedonus eius famem. Ita enim Dominus dicit: estote similes Patris vestri, qui solum suum oriri facit super bonos, et malos, et pluit super iustos, et iniustos. Porus est in necessitate: onus, et qui in naufragium incederint, excipit, liberatque, sive nati fuerint, sive boni. Tu proinde, si videris hominem, qui in huiusmodi necessitate naufragium incedit, ne iudica, ne vitae gesta examina, sed medere misericordiae. Liberabit te Deus omni tali sollicitudine, et curiositate. Cur ergo curis supervacaneas nobis accersimus? aliud est Index, aliud elemosynae largitor. Ideo vocatur elemosyna, quod eam etiam indignis damus. Unde et deus Paulus dicit: quod bonum est, facile erga omnes: maxime autem erga domesticos fidei. Quare infidelibus etiam benefaciendum docuit. Et Iob Abraham nepos abebat: O sumum meum igitur patebat cuius advenienti: non sic huic patebat, ut alteri esset ocellus, sed indifferenter apertum erat omnibus.

Divus Gregorius (in Evang. homil. 23) agens de discipulis Emmaus, qui Christum hospiti-

suscipientes, illuminati sunt, ait: *Audiendo ergo praecepta Dei, illuminati non sunt: faciendo, illuminati sunt, quia scriptum est: Non audiores legis tuis sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Quisquis ergo vult audita intelligere, festinet ea, quae iam audire potuit, opere implere. Ecce Dominus non est cognitus, dum loqueretur, et dignatus est cognosci, dum poscitur. Hospitalitatem ergo fratres charissimi diligite: charitatis opera amate; hinc enim per Paulum dicitur: Charitas fraternitatis maneat in vobis: et hospitalitatem nolite oblivisci, per hanc enim plauerunt quidam angelis hospitio receptis. Hinc Petrus ait: Hospitales invicem sine murmuratione. Hinc ipsa veritas ait: Hospes fui, et suscepisti me. Pensate fratres quanta hospitalitatis virtus sit: ad mensa vestras Christum suscepit, ut vos ab eo suscipi ad convivia aeterna valeatis. Praebete modo peregrino Christo hospitium, ut vos in iudicio, non quasi peregrinos nesciat, sed ut proprios recipiat ad regnum; haec ille.*

Sanctus Augustinus (de verb. Dom. serm. 23. in Luc.): *Agnoscite, inquit, hospitalitatem, per quam perventum est ad Dominum: suscepit hospitem, cuius et tu es comes in via, quia omnes peregrini sumus. Ipse est christianus, qui et in domo sua, et in patria sua peregrinum se esse cognoscit. Patria nostra sursum est, ibi hospites non erimus: nam unusquisque hic, et in domo sua hospes est; si non est hospes, non inde transeat; haec enim d. Augustinus.*

Divus Hieronymus (in epist. ad Tit. cap. 1) scribit: *Episcopi domus omnium commune debet esse hospitium: laicus enim unus, aut duos, aut plures recipiens, implebit hospitalitatis officium, Episcopus nisi omnes recipiat, inhumanus ab eo scribitur. Hospitalitas vero, quam Dominus remuneraturum se esse asseruit, illa est intelligenda, quae membris Christi, tecto videlicet indigentibus, et diversas necessitates patientibus exhibetur. Proinde studendum summopere Episcopis est, ut cum hospitalitatem subditis habendam praedicant, ipsi eam ante omnes primum factis adimpleant.*

Idem divus Hieronymus (in epist. ad Tit.) ait: *Ante omnia hospitalitas futuro Episcopo denunciat: si enim omnes illud de evangelio audire desiderant: hospes fui, et suscepisti me, quanto magis Episcopus, cuius domus omnium commune esse debet hospitium? Laicus enim unus, aut duos, aut paucos recipiens, implebit hospitalitatis officium; Episcopus vero, nisi omnes receperit, inhumanus est; haec divus Hieronymus.*

Dionysius vero Richeilus de vita Canoniorum, et aliorum Ecclesiasticorum scribens: *Timent, inquit, canonici, et ministri Ecclesiae, si non susceperint hospitio, et pie tractaverint pauperes, et mendicos: quid respondeant qui tales designantur penitus hospitare? quique vix suum panem, aut viles ciborum reliquias eis largiuntur, cum Dominus dicit: Hospes fui, et non collegistis me? Quod in persona suorum membrorum, videlicet pauperum, et indigentium dicit, non in persona dicitum, et potentium; quos tamen, et propinquos suos suscipiunt reverenter, tractant solemniter, preliose, et laute reficiunt, molliorque*

cutant. Audiant hi, et formident, atque implere conentur, quod Christus in Evangelio loquitur: Cum facis prandium, aut coenam, non vocare amicos tuos, neque cognatos, neque vicinos, neque dilectos, ne forte et ipsi te reinvitent, et fiat tibi retributio. Sed cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, et coecos, et beatus eris, quia non habent tibi retribuere; retribuere enim tibi in resurrectione iustorum. Ecce aperta sententia, saluberrimae doctrina. Verumtamen non ita intelligenda sunt ista, quin canonici, et sacerdotes licite possint interdum ex pia, et rationabili causa hospitalitatem decentem dicitibus, potentibus, et praesidentibus, et cognatis impendere. Quod tamen raro, et sine excessu, ac pompa agendum est, intentione sincera, ne derogetur pauperibus, et vera opera misericordiae relinquuntur, in quae convertenda sunt bona, quae Ecclesiasticis supersunt, quoniam Ecclesiastici redditus sunt patrimonium Christi, et elemosinae pauperum stipendia.

Sanctus Cyprianus (epist. 36. ad presbyt. et Diaconos): *Viduarum, inquit, et infirmorum, et omnium pauperum curam peto diligenter habeatis; sed et peregrinis, si qui indigentes fuerint, sumptus suggeratis de quantitate mea propria, quam apud Rogatianum comprehaberim nostrum demisi.*

Laclantius (lib. 6. Divinarum institutionum): *Præcipua igitur virtus est hospitalitas, quod philosophi quoque aiunt, sed eam delinquant vera iustitia, et ad comoda rapiunt. Recte, inquit Cicero, a Theophrasto est laudata hospitalitas: est enim, ut mihi quidem videtur, valde decorum, patere domus hominum illustrium hospitibus illustribus. Eodem modo rudum erravit, quo tum idoneis esse diceret largiendum.*

Sanctus Gregorius Nazianzenus: *In novam dominicam peregrinum ne contemnas, pro quo Christus, cuius nos omnes hospites sumus, et advenae, peregre egit, ne paradiso, ut prius exturberis: egeni tectum, cibum, vestem suppedita, qui his ad luxum, et ultra necessarium usum oblectaris.*

Sanctus Ephrem (in doctrina varia de hospitalitate): *Non opus habetis, ut quid scribatur vobis: nostis enim hanc multis virtutibus esse maiorem. Etenim hac Patriarcha Abraham Angulos hospitio suscepit. Loth iustus per eam in subversione Sodomae non perit. Per hospitalitatem similiter Rahab meretrice non interit, cum incredulos excepit exploratores cum pace: ait enim Dominus: Hospes eram, et collegistis me: et beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur: et in doctrina de perfectione monachi: De hospitium, ait, et peregrinorum saturitate, cum Abrahamo diligens studium adhibeamus: de ratione indulgenti, et compatienti fratribus, sedulo indagemus.*

Seneca laudem Moralibus vitae ductor haec scripsit: *Ostende quam sacra res sit mensa hospitalis: praebere in facie tua legendum istud decretum, quo cavetur, ne miseris tecto irrare capitale sit. Magis ista constituit, sic erit rata, quam si illam in aes incidissem.*

S. VI.

SUADETUR HOSPITALITATIS OFFICIUM EX VARIIS UTILITATIBUS, ET FRUCTIBUS TAM TEMPORALIBUS, QUAM SPIRITUALIBUS, QUOS EX EIUS EXERCITIO DECEPUNT ILLIUS SECTATORES.

Invitamentum est, consideratio pia, quod rem nostram agimus quotiescunque suscipientes hospitio peregrinum in terris, hospitio excipiemur et nos a Deo in coelis; et quod omnes hic advenae, peregrini, et hospites sumus supra tertiam. Unde magnus ille Rex (1. Par. 24) ad Deum orabat, dicens: *Peregrini enim sumus coram te, et advenae sunt omnes Patres nostri: et in Psalterio (Psal. 83): Ne sileas, quoniam advena ego sum apud te, et peregrinus sicut omnes patres mei: et sanctus Petrus (1. Petr. 2): Charissimi, obsecro vos, tanquam advenae, et peregrinos, abstinere vos a carnalibus desideriis. Divus Ambrosius (lib. 1. cap. 5): Omnes in hoc incolatu, inquit, hospites sumus; ad tempus enim habitandi habemus hospitium. Emigremus propterea, caecusque, ne si nos duri, aut negligentes furis in recipiendis hospitibus, etiam nobis post vitae huius cursum Sanctorum hospitio denegentur: et sanctus Augustinus (de verbis Dom. serm. 32): Agnoscite hospitalitatem, per quam perentum est ad Dominum: suscepit hospitem, cuius et tu es comes in via, quia omnes peregrini sumus. Ipse est christianus, qui et in domo sua, et in patria sua peregrinum se esse cognoscit. Patria nostra sursum est: ibi hospites non erimus; nam unusquisque hic, et in domo sua hospes est. Si non est hospes, non inde transeat: si transiturus est, hospes est. Non se fallat, hospes est: velit, nolit, hospes est; sed dimittit illam domum filiis suis, hospes hospitibus: quare? et in stabulo si esses, non alio veniente discederes? hoc facis et in domo tua. Cessit tibi locum pater tuus, cessurus es locum filiis tuis. Ad haec Theophylactus (sup. Luc.) haec habet: *Ita Petrum, quia illum in navem exceperat, remunerare volebat: bifarium enim ei benefecit, quia et multitudinem piscium ei donavit, et discipulum suum fecit; ita debebat misericordiae opera copiosa mercede donari.**

Deinde hospitalitas plus prodest hospites suscipientes, quam suscepiunt: nec mirum, quia Salutar noster apud Matthaum porrigitur calicem aquae frigidae, inquit Ambrosius (lib. 1. de Abr. cap. 5), promittit coelestia praemia: et apud Lucam (cap. 16): *Facite, ait, vobis amicos de mammona iniquitatis, qui vos recipiant in tabernacula sua; quanto magis, qui potum, cibum, lectum, tectum, et vitium praebent hospitibus, merebuntur regnum coelorum? Bona est hospitalitas, inquit divus Ambrosius, habet mercedem suam, primum humanae gratiae, deinde, quod maius est, remunerationis divinae. Idem medium acule excelsus sanctus Chrysostomus (hom. 42. in Gen.) ex verbis Abrahae, quibus invitat hospites, tum adhuc ignotos, dum ait: *Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas serum tuum. Dicere enim: Domine, inquit, est captantem benevolentiam. Dicere au-**

tem: si inveni gratiam in oculis tuis, hoc est admirabile. Beneficium, inquit, das, non accipis. Vere enim huiusmodi res hospitalitas est, quae magis accipit, quam dat, qui illam prompte, et abacriter excipit. Deinde carnis utilitas, ut praedixit eos vincat, tempus gustibus, verbis, et operibus. Primo enim eos adoravit, tum dominos vocat, deinde extenuat res suas. Aquam enim tepidam, inquit, habeo ad lavandos pedes, et panem, et tectum ab arbore. Sed quantum sit calor aestus, ideo paululum vos refrigerare volo, qualem pater filiis tenere dilectis exhibet benignitatem. Et quia magna atacritate venationem prosecutus est, praedam quoque inter retia conclusit. Nam responderunt: sic fac, ut dicitur, seni caritatis est juvenilis vigor: In manibus, ait, habeo thesaurum: dicitis hinc suam, senectutis oblitiscar. Et vide eum exultantem in opere, et quasi prae gaudio saltantem, perinde atque nulla bonis manibus charitatis, ita se oblectante.

Ad haec fructus alios ex hoc charitatis officio profectos, et a Spiritu sancto in Scriptura sacra notatos breviter percurrit divus Ambrosius (lib. 2. off. cap. 21) in haec verba: *Abraham pro hospitalitatis mercede fructum postulari recepit. Loth quoque nepos eius non solum genere, sed etiam virtute proximus, propter hospitalitatis affectum Sodomitana a se, siveque supplicia detorsit: et rursus: Iacob oves adhaeruit, Rachel et gratiam reperit, et vicorem acquisivit. Unius horae hospitio viduae illae, quae suscepit Heliam, et exiguo cibo perpetuum toto tempore famis invenit alimentum, et mercedem accepit mirabilem, ut nunquam de hydria farina deficeret. Helisaeus quoque defuncti pignoris resuscitatione donata, resoluit hospitii pensationem. Et Dominus Iesus in evangelio cum quincunq dederit hospiti potum aquae frigidae, celestium asserit praemiorum non exortem futurum. Isaia quoque propheta cum hortatus esset ad hospitalitatem praestandam egenis, et vagis, mox subiungit: *Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, et sanitas tua citius orietur, et antebit faciem tuam iustitia tua, et gloria Domini colliget te. Tunc invocabis, et Dominus exaudiet. Clamabis, et dicit: ecce adsum; quae verba expendens sanctus Cyrillus Episcopus Alexandrinus (lib. 5. con. in Isa.): *Maximam, inquit, emphasim habet haec oratio. Non enim dicit simpliciter: dabitur tibi a Deo lumen, sed erumpet potius, instar fulguris cuiusdam cum impetu, et cursu demissum a Deo, ex quo perspicue patet suppeditantis promptitudo, et alacris studium. Novit enim, nocet nostrarum rerum custos Deus, spiritualium honorum largitor opportunitatem munificentiae suae singulari accomodam, etc. Certe lumen hoc erupit duobus discipulis Emmauelicis, simul aique Christum in hospitium traxerunt. Unde sanctus Augustinus (cap. ult. lib. 2. quaest. Evang.): *Quia hospitalitatem, ait, seclati sunt, eum, quem in expositione Scripturarum non cognoverant, in panis fractione cognoscunt. Non enim in auditors legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Idem sanctus Gregorius (in Evang. hom. 23): *Mensam, inquit, duo discipuli ponunt: panes, ciboque offerunt, et Deum, quem in sacra Scrip-*****